me non nichil laborante, nichil deest ad
habendam veram et stabilem unionem conficiendam.
Quod autem de via per Walachiam faciendam
scribit, admodum laudo, quia equestribus
exercitibus aspera nemorum vitanda sunt
patentesque campi suscipiendi. Faxit itaque
dei pietas, ut hoc passagium quod felix
faustumque sit. Capturam Pangratii etc.
Dulcia verba et alia scripta michi suffecerunt
utinam illa sibi ad salutem sue sit anime
et michi adversariorum bonorum meorum cedat
et utinam malo liberatus virum peiorem
non inveniam. Adquam rem et ipsam mea
pulcra vestra Reverendissima paternitas
optime cooperari potest, quemadmodum indubie
spero. Sed omnia cum deo quittamus.
Negotia E. domini mei sunt michi commendata
in dieta Nurembergensi totis viribus adiuvabo
quam eborum sum, cum iustitie assistere
quam ille fovet, cui ei prodesse quis possit
eum in me busiora tumultant. Et non
missime fratrem meum Frisingensem pferit ecclesie
pro qua obtinenda maximos labores subiui
eorum vicarii Frisingensis. Valeat Reverendissima
vestra paternitas meque semper habeat commendatum.

de via ducendi exercitum equestrem

de Captura aliorum

de virino

oblatio ad commendandum dirigendum et causam speciale aliorum negotiorum

Vlr. fat | Rescriptum Laurencio de Hedervara palatino Ungarie | Rescriptum cum narratione littere alias
Rescribit quod treugas non seruatas
Romanorum Rex

Magnifice sincere dilecte. Reddite sunt nobis
littere tue, que de Capitaneis Austriensibus
metirorum faciunt, tamquam treuge inter nos
et fratrem nostrum regem Polonie nuper conclusas
per eos non observentur, petensque ut super hiis
quid nunc mentis sit, tibi significaremus et
tue petitioni satisfacientes dicimus nunc mentis fore